



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon M. Theodorici Engelhusii

Engelhusius, Theodoricus

Helmestadi[i], 1671

Ex MSto Finckiano Praefatio, Chron. Engelhsii Praefixa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10979

Ex MSto Finckiano

PRÆFATIO, CHRON. ENGELHV. SII PRÆFIXA.

Voniam multitudine librorum, & temporis brevitatis, memoria quoque labilitas, non patitur cuncta, qua scripta sunt, pariter animo comprehendendi, mihi omnium Fratrum Prædicatorum minimo, plurimorum libros assidue ex longo revolvensi ac studiose legenti, visum est tandem, accedente etiam majorum meorum consilio; quos dam flores pro modulo ingenij mei electos, ex omnibus fere, quos legere potui sive nostrorum, id est, Catholicorum Doctorum, sive gentilium, scilicet Philosophorum, & Poëtarum, & ex utrisque Historicorum, in unum corpus voluminis quodam compendio & ordine summatim redigere: ex ijs duntaxat præcipue, qua pertinere videntur vel ad fidei nostri dogmatis adstrunctionem, vel ad morum instructionem, sive ad excitandam charitatis devotionem, ac divinarum scripturarum mysticam expositionem, vel etiam ad ipsius veritatis mysticam, aut symbolicam declarationem. Hoc autem opus Speculum nominavi, eo quod, quicquid fere speculazione, & admiratione, vel imitatione dignum videtur, ex ijs, quæ ab initio mundi, usque ad finem, facta vel dicta sunt, hic breviter continentur. Majus autem ad differentiam parvilibellijam dudum editi, cuius titulus est Speculum vel imago mundi. Certus autem sum & confido in Domino, hoc ipsum non solum mihi, sed & omnibus studiose legenti, non parum utilitatibus afferre, tam ad discendum, legendum, disputandum & solvendum, quam etiam ad prædicandum. Hoc autem opus simul novum est, & antiquum breve quoque, simul & prolixum. Antiquum materia & autoritate: novum vero compilatione & partium aggregatione. Breve quoque, propter multorum

yu Doctorum in brevi perfrictionem : Longum vero propter im-
mensam materiam & multitudinem . Pauca de meo , & quasi nulla ad-
didi . Doctorum ergo est auctoritate , nostrum autem solum partium
ordinationem . De regnis etiam , & bellis , accaseris hic positus atten-
tius consideranti , sauis utile esse potest speculari . Nam & historia ,
non solum gentilium , sed etiam Ecclesiasticae , & etiam Evangelicae ,
secundum Imperatorum & regum tempora describuntur . Lucas
nempe , dum incarnationis dominica historiam texeret , in ipso Evan-
gelij sui principio de Herode rege , & post pauca de Augusto Cesare ,
mentionem fecit : ut illa qua minus nota erant hominibus , ab his ,
qua pene apud omnes fama celebri ferebantur , confirmarentur &
roborarentur . Ille quippe res gesta , ut dicit Hugo Floriacensis , qua
nulla regum ac temporum certitudine commendantur , non pro histo-
ria recipientur . sed inter annales fabulas deputantur . Valet ergo in
hoc opere successionis temporum & annorum , regum & Imperatorum ,
nec non & Romanorum Pontificum annoratio brevis , non solum ad
historia & presentis , verum etiam ad cuiuslibet alterius nomen impe-
ratoris , vel Pape , vel regis , sub quo gesta sit , confirmatio-
nem & elucidationem , ut scilicet , si dubitetur de tempore , hic ad
catalogum regum illius terra , in quares illa gesta est , recurri posse ,
ibique reperiatur , quo temporis articulo rex ille regnaverit : ac per
hoc etiam quo tempore res illa gesta sit . Ceterum ex bellis famosis
per orbem commissis lector advertere poserit , quanto fervore pu-
gnandum sit nobis contra spirituales hostes pro salute nostra spiritua-
li & aeterna gloria nobis promissa : cum illi quidem , ut pote infideles &
huius gloria & salutis ignari , tam acriter dimicaverint pro salute
temporali & gloria momentanea adipiscenda vel tuenda . Excede
quoque hominum in eisdem praeliis innumerabili perpetrata licet a-
nimadvertere severitatem Dei in reprobos , quos quasi pecora vilia ,
inutiles & abjectos reputans peccatis eorum exigentibus , tot eorum
millia interire , simulque in anima & corpore passim perire permi-
tit . AEque vero bonitatem ejusdem & clementiam in electos . Et
si hic forsitan sunt , quae non multum expeditat scire , tamen hec ipsa
turpe

surpe est ignorare. Nec ali quis redarguendum putet, quod malea
de gentilium, Philosophorum scilicet & Poetarum libris, nonnullae
etiam de Apocryphis, hic posuerim. Alioquin & Apostolos redar-
guere poterit, qui ex utroque genere non nulla in Epistolis sibi testimoni-
a usurparunt: Nam verbi gratia: Paulus in Epistola ad Corinthios,
Menandri Comici versum ponit, dicens; Corrumpt bonos
mores colloquia prava. Idem ad Titum Epimenidis Poëta versu-
lum inducit: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres
pigri. Idem Arati Poëta testimonio utitur, de Deo, dicens: ipsius
igitur genus sumus. Hinc etiam B. Hieronymus Oratori Romano
per Epistolam sic responderet: Quæris, ait cur in opusculis nostris se-
cularium literarum interdum exempla ponimus, candorem-
que Ecclesiæ Ethnicorum folidibus polluamus. Rursum brevi-
ter habeto. Nunquam quereres, nisi te totum Tullius possi-
deret. Nam & in Moise, & in Prophetarum voluminibus, & E-
pistolis Pauli, quædam de libris gentilium assumta sunt. Idem
etiam potest dici de Apocryphis, verbi gratia, de Magis Pharaonis lo-
quens Paulus ad Timotheum scribit: Quemadmodum Jamnes &
Mambres restiterunt Moysi, ita & hi, scilicet heretici, resistunt
veritati. Quæ utique magorum nomina non inventit Apostolus in
divinis libris, sed in Apocryphis, ut dicit ibi glossa. Iudas quoque
in Canonica sua de malis hominibus loquens, ita scripsit: Propheta-
vit autem de his septimus ab Adam Enoch, etc. Qui tamen liber
Enoch inter Apocrypha computatur. Nec tamen aliter libri Apocry-
phi legendi sunt, nisi servando, quod dicit Apostolus: Omnia pro-
bate, quod bonum est tenete. Vnde Hieronymus contra Vigilantium
italoquitur. Operis, inquit, ac studij mei est multos legere, ut ex
plurimis diversos carpam flores, non tam omnia probaturus,
quam quæ bona sunt electurus. Totum igitur opus illud summa-
tum continet juxta seriem temporum, historiam rerum in mundo ge-
storum, dictorumque memorabilium ab initio seculi usque ad tempus
nostrum; multa interserens utilia de gestis ac dictis Ethnicorum.
Tangit quoque historias Ecclesiasticas per successiones Romanorum

Impp.

impp. usque ad illum, qui nostris temporibus imperavit, Frider. cum II. variosque eventus bellorum, errores quoque paganorum ludeorum & hereticorum: nomina quoque & dicta norabilia Philosopherum & Poëtarum, gesta quoq; laudabilia, item visiones & miracula & instituta sanctorum; initia quoque & profectus diversorum ordinum atque professionum. Universum quoq; opus praesens in quatuor partes principales, tanquam in quatuor volumina perfecta, & à se invicem separata, distinxii: quarum una continet totam historiam naturalem: alia totam seriem doctrinalem; tertia verotam eruditionem moralem: quarta vero totam historiam temporalem. Prima siquidem persequitur naturam & proprietatem omnium rerum: secunda vero naturam & ordinem omnium artium: tertia vero proprietates & actus omnium virtutum ac vitorum: & quarta seriem omnium temporum. Et quarta quidem pars, qua praesens est, à generatione primi hominis procedit juxta Chronicas Eusebij, Hieronymi, Prosperi, Sigiberti, Iustini, Pompeij Trogi, Orosij, Iulij Celsi, Suetonij, Eusebij Cæsareensis, Ruffini Aquileiensis, Hugonis Floriacensis, Cassiodori, Cassiani & Turpini Remensis, ceterorumque multorum *Historiographorum*.
---- Et quia totum istud opus universale Speculum majus de creveram appellare: hic etiam eisdem partibus idem vocabulum placuit ut videlicet prima vocetur speculum naturale, secunda doctrinale tertia morale quarta speculum historiale.

INDEX.